



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. 30. De septem visionibus & reuelationibus præcipuis quas habuit  
meditando in Passione Domini. Et de prima earumdem visionum. Et  
qualiter ostensa fuit ei paupertas quam Christus habuit omnis humani ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

cere possumus, & Deus velit  
quod non sit mihi peccatum  
quia ita male & cum defectu  
refero.

Trigesimum capitulum. De septem vi-  
sionibus & reuelationibus præci-  
puis quas habuit meditando in Pas-  
sione Domini nostri. Et in hoc eo-  
dem capitulo tractatur de prima  
earumdem visionum. Et qualiter  
ostensa fuit ei paupertas quam  
Christus habuit omnis humani au-  
xilij, & omnium persecutorum  
suorum obstinata corda: astutia-  
que eorum ad destruendum perden-  
dumque nomen eius.

**Q**UADRADA M vice ego eram  
in meditando de Passione  
& de paupertate filij Dei incar-  
nati, Christus autem ostendit mi-  
hi, & videbam paupertatem eius  
tam magnam, quam clare de-  
monstrabat in corde meo: &  
volebat quod ego viderem, &  
benè considerarem, & videbame

F vj.

132      *De prima visione,*  
    illos pro quibus se fecit paupe-  
    rem, & tunc habui, & sensi ma-  
    ximum dolorem & reprehen-  
    sionem, ita quod cor meum qua-  
    si deficiebat.

*De pau-  
pertate  
Christi  
magna.*

Post hæc autem amplius de-  
monstravit mihi de sua Passione,  
& tunc videbam eum pauperem  
de amicis & parentibus: & vide-  
bam eum tam pauperem de se-  
ipso quod non posset secundum  
humanitatē se adiunare. Et am-  
plius placuit sibi ostendere mihi  
plura de sua Passione, quam fue-  
rant illa quæ audiueram referri,  
& intelligebam quomodo Chri-  
stus in Passione sua videbat om-  
nia corda obstinata illorum im-  
piorum cōtra se, & videbat om-  
nia membra cum grandi solici-  
tudine destruere nomen suum.  
Et videbat quomodo habebant  
magnam memoriam & studium  
ad eum destruendum, & vide-  
bat omnes subtilitates, astutias,  
& machinationes, quas impij  
faciebant contra eum.

Et videbat omnia consilia , &  
multitudinem detractionum, &  
iras illas, & furores grandissimos  
eorum, & videbat omnes appa-  
ratus eorum, & omnes cogitatio-  
nes quas habebant & faciebant,  
quomodo possent eum crude-  
lius affligere. Crudelitas enim  
passionis suæ fuit multa , & vide-  
bat omnes penalitates & iniurias  
& verecundias. Et anima mea vi-  
debat plus de passione sua quām  
ego nolo dicere, immo volo ta-  
cere. Et tunc anima cum clamo-  
re dicebat: Sancta Maria mater  
afflicti , dic mihi aliquid de ista  
Passione benedicti filij Dei, quia  
tu vidisti plus de ista Passione,  
quām aliis sanctus. Vidisti enim  
eam oculis capitis & cum oculis  
mentis, & intentissimè conside-  
rasti , pro eo quod summè eum  
dilexisti. Iterum clamabat anima  
mea dicens, est aliquis sanctus ,  
qui sciat mihi dicere aliquid de  
ista Passione , de qua non audio  
fieri memoriam , nec aliquid lo-

qui nec referri, sicut anima mea  
vidit, quoniam tanta est quod  
eam referre non possum? Passio-

*Indicibili  
lem esse,  
ac inex-  
plicabilē  
dolorem  
passionis  
Christi.* nem enim Christi tantam vedit  
anima mea, quod quantum cun-  
que sancta Maria viderit plus  
quam aliis sanctus, multis mo-  
dis tamen intelligo quod nullo  
modo posset illam dicere, nec e-  
tiam aliis sanctus. Et si quis illam  
diceret, ego dicerem tu es ille,  
qui sustinuisti eam. Visa igitur sic  
passione filij Dei, ego fui in ma-  
iori dolore, quam unquam fue-  
rim. Si enim corpus meum hic  
deficeret, non esset mirum. Ad-  
huc enim non possum habere la-  
titiam quando recordor, & per-  
didi illum vigorem animi quo  
solebam esse læta, nec potui la-  
tari de multo tempore.